ABDOLLATIPHI BAGDADENSIS

VITA,

AUCTORE IBN ABI OSAIBA.

E CODICIBUS MSS. BODLEIANIS DESCRIPSIT, ET LATINE VERTIT,

JOHANNES MOUSLEY, A. M.

COLLEGII BALLIOLENSIS SOCIUS.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.

MDCCCVIII.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

PAUCIS abhinc annis in lucem prodiit liber vere aureus, cui titulus [a] Abdollatiphi *Hiſtoriæ Ægypti Compendium,* edente [b] Viro omnigena eruditionis laude cumulatiſſimo, mihique ſemper amiciſſimo: rem igitur Literarum Orientalium ſtudioſis haud ingratam, nec prorſus fortaſſe inutilem, me aggreſſurum exiſtimavi, ſi Auctoris Vitam e Codd. MSS. deſcriptam publici juris facerem.

Quum vero in variis Codd. manu exaratis Auctoris Noſtri mentionem aliquam inveniſſem, Ibn Abi Osaibæ *Hiſtoria Medicorum* maxime occurrebat, quam hac in parte cæteris

[a] Libri hujuſce, ſingularis prorſus et quantivis pretii, unicum exſtat exemplar MS. in Bibl. Bodl. idque accuratiſſime exaratum, punctiſque Vocalibus inſtructum, quod ita deſcribit Cl. Uri in Cat. MSS. Bibl. Bodl. "Codex Bombycinus, autographus, anno Hegiræ 600, Christi 1203, Cairi exaratus, cui folia 65. Ibi reperitur Liber bipartitus, et ita inſcriptus: *Documentum et Exemplum de Rebus viſu perceptis, et accidentibus coram ſpectatis, in terra Ægypti &c.*——*Titulus:* كتاب الافادة والاعتبار في الامور المشاهدة والحوادث المعاينة بارض مصر"

[b] J. White, S.T.P. Ædis Chriſti Canon. Ling. Heb. Prof. Reg. et Arab. Laudian.

anteponerem; utpote quæ multo plura, atque commemoratu digniora, quam reliqui omnes contineret.

Ad OSAIBAM ipſum quod attinet, de eo apud auctores nihil fere aliud invenias, quantum ſcio, quam quod *Hiſtoriæ Medicorum* fuerit auctor [c]. Illum vero ipſi ABDOLLATIPHO pene coæqualem fuiſſe, vel exinde apparet, quod de eo diſſerens hæc habeat. "Arctiſſima inter eum et avum meum intervenerat amicitia, qui, cum in Ægypto una eſſent, ſumma erant familiaritate conjuncti; pater etiam et patruus meus eo in ſtudiis humanioribus magiſtro ſunt uſi. Mihi autem contigit illum videre, quum Damaſci, ultima vice quo illuc profectus eſt, moraretur." *Abdollatiphi Vit.* p. 5.

Porro alia etiam de cauſa ABI OSAIBÆ *Hiſtoriam Medicorum* præ cæteris ſelegi; quia operis hujuſce exemplaria ſint rariſſima, ac præſertim quod ea quæ in Bibliotheca Pariſienſi reperiantur valde ſint mutila, et hac parte prorſus careant. Ita ſcilicet teſtatur [d] Vir Cl. SILVESTER DE SACY, Lutetiæ Pariſiorum Linguæ Arabicæ Profeſſor, cujus perſpi-

[c] De eo ita ſuccincte D'Herbelotius, in Bibl. Orient. "ABOU-OSAIBA. Ben Abi Oſſaiba, auteur de l'hiſtoire de Médecins, intitulée, *Oiun al anba ſi thabecat al atheba.*" P. 31.

[d] Comme nous ne poſſédons ici que des fragmens de l'hiſtoire des médecins de Mouwaffek-eddin Abou'labbas Ahmed ben Abi'lkaſem ben Khalifa Khazradji, ſurnommé Abou-Oſaïba, et que la vie d'Abdallatif, qui ſe trouve dans le quinzième livre de cet ouvrage, ne fait pas partie de ces fragmens, je ſuis ici uniquement l'extrait fait par M. White. Je ne connois

caciſſimum ingenii acumen, et multifaria in literis Orientalibus eruditio, apud doctos omnes jampridem ita claruerunt, ut nullis indigeant præconiis.

In Bibliotheca autem Bodleiana duo reperiuntur Codices MSS. qui ABI OSAIBÆ opus integrum continent: alter inter Codices Pocockianos numero 356, alter inter Huntianos numero 171. inſignitus. Horum priori, utpote longe limatiori, quamvis a rudi manu exarato, potiſſimum uſus ſum, poſterioris auxilio, qui *καλλιγραφία* præſtat, non niſi quibuſdam in locis difficilioribus adhibito. Horum vero Codd. priorem ſic deſcribit Cl. URI in Catal. Codd. MSS. Arab. Bibl. Bodl.

" Codex Bombycinus anno Hegiræ 869, CHRISTI 1464, tranſcriptus, folia 280 efficiens. Librum exhibet *Fontes Perennes*[e] nuncupatum, in quindecim claſſes ſeu ſectiones diſtributum, quo Medicorum celebriorum, qui nimirum in Græcia, Ægypto, Syria, Arabia, Perſia, Meſopotamia, aliiſque regionibus, doctrinæ et ingenii laude floruerunt, vita et elogia referuntur, auctore AHMED IBN ABILCASEM, Medico, qui vulgo IBN ABI OSAIBA[f] vocatur. *Catal.* p. 157.

que trois manuſcrits de la Bibliothèque nationale qui contiennent des parties de l'ouvrage d'Abou-Oſaïba. Ce ſont les manuſcrits Arabes N^os. 756 et 757, du catalogue imprimé, et le N°. 157. parmi ceux de Saint-Germain. *Magaſin Encyclopédique*, N°. 23.

[e] *Titulus:* كتاب عيون الانبا في طبقات الاطبا

[f] *Auctor:* تاليف الطبيب الفاضل احمد ابن ابي القسم المعروف بابن ابي اصيبعه

Sed Cod. MS. posterioris descriptionem ideo pluris æstimandam puto, quod *Historiæ Medicorum* Sectiones, sive Capita, exhibeat, ac totius operis rationem fusius explicet.

"Codex bombycinus, anno Hegiræ 1075, CHRISTI 1664, exaratus, foliis 296 constans. Eo continetur Liber de Classibus Medicorum, in capita quindecim distinctus, inscriptusque, *Fontes Perennes.* Caput primum agit de Medicinæ origine; secundum de primis Medicis; tertium, de Medicis, qui ex ÆSCULAPII nati prosapia sunt; quartum, de Medicis ex HIPPOCRATIS Schola exortis; quintum, de Medicis, quos GALENUS produxit; sextum, de Medicis Christianis, qui ante MOHAMMEDEM Alexandriæ floruerunt; septimum, de Medicis, qui inter Arabes in Islamismi principio excelluerunt; octavum, de Medicis Syris, qui Abbasidarum tempore claruerunt; nonum, de Medicis, qui Libros Græcos in sermonem Arabicum converterunt; decimum, de Medicis, qui in Iraka et Mesopotamia famam sibi pepererunt; undecimum, de Medicis Persicis; duodecim de Medicis, qui in India enituerunt; tertium decimum, de Medicis Africanis; quartum decimum, de Medicis, qui in Ægypto eluxerunt; quintum decimum, de Medicis Syris." *Catal.* p. 158.

Reperitur etiam [g] in Bibl. Bodl. Codex MS. qui hujusce operis partem tantum continet; "incipit a sectione decima,

[g] MARSH. 419.

terminatur in quinta decima[h];" at Abdollatiphi Vitam non habet.

Denique in eadem Bibliotheca adſervatur Cod. MS. recentioris ævi, Osaibæ opus integrum, exceptis quinque ſectionibus prioribus, continens, a Wildio Anglo exaratus, qui ex collatione duorum MSS. Pocock. 356, et Hunt. 171, conflatus eſſe videtur.

Ad Verſionem autem Latinam quod attinet, ſi Auctoris ob miram plane brevitatem difficillimi ſcopum quibuſdam in locis aliquando non ſatis attigerim, ab iis omnibus, qui revera literis Orientalibus probe inſtructi ſunt, veniam me impetraturum, facile inducor ut ſperem.

Interim minime pigebit in opuſculum hoc levidenſe me tantum contuliſſe ſtudii, et mea qualicunque opera pro virili elaboraviſſe, uti quam limatiſſimum in lucem prodiret; ſcilicet ne torpeſcat manus, et quo tandem ad majora, ſi modo facultas data fuerit, paratior aliquando poſſim accedere.

[h] Vide Uri Catal. p. 170.

J. M.

ABDOLLATIPHI VITA,

AUCTORE

ABU ABBAS AHMED BEN ABULCASEM
BEN ABI OSAIBA ALKHAZARGI.

موفق الدين عبد اللطيف

بن يوسف البغدادي

هو الشيخ الامام الفاضل موفق الدين ابو محمد عبد اللطيف بن يوسف بن محمد بن علي بن ابي سعد ويعرف بابن اللباد موصلي الاصل بغدادي المولد كان مشهورا بالعلوم متحلي بالفضايل مليح العبارة كثير التصنيف وكان متميزا في النحو واللغة العربية عارفا بعلم الكلام والطب وكان قد اعتني كثيرا بصناعة الطب لما كان بدمشق واشتهر بعلمها وكان يتردد اليه جماعة من التلاميذ وغيرهم من الاطبا للقراة عليه وكان والده قد اشغله بسماع الحديث في صباه علي جماعة منهم ابو الفتح محمد بن عبد الباقي المعروف بابن البطي وابو زرعة طاهر بن محمد المقدسي وابو القاسم يحي بن ثابت الوكيل وغيرهم وكان يوسف والد الشيخ موفق الدين مشتغلا بعلم الحديث بارعا في علوم القران والقراات مجيدا في المذهب والخلاف والاصولين وكان متطرفا من العلوم العقلية وكان سليمن عم الشيخ موفق الدين فقيه

MOWAFFEKKEDDIN ABDOLLATIPH

BEN YUSEF BAGDADENSIS.

IPSE eſt Doctor, Antiſtes egregius Mowaffekkeddin Abu Mohammed Abdollatiph Ben Yuſef Ben Mohammed Ben Ali Ben Abi Saad, qui et Ibn'ollabad cognominatus eſt; ſtirpe Mauſelenſi oriundus, Bagdadi natus. Scientiarum laude celeberrimus erat, virtutibus egregiis imprimis ornatus; eloquentiæ facultate excellens, auctor copioſus. Grammaticæ et linguæ Arabicæ peritia maxime excelluit, nec non Theologia Scholaſtica et Medicina. Quum Damaſci commoraretur, πραξεῖ medicinæ ſedulo incubuit, ſolidamque ejus ſibi acquiſivit ſcientiam. Multi mortales ad eum, cum diſcipuli, tum medici alii, qui ei prælegenti adeſſent, ventitare ſolebant.

Porro ineunte ætate, animum ejus traditione ſacra imbuendum curaverat pater, multis ei præceptorum munere fungentibus, inter quos connumerandi ſunt Abulfatah Mohammed Ben Abdolbaci, Ibn'ol Bati cognominatus, Abu Zaraa Taher Ben Mohammed, Hieroſolymitanus, et Abu'lcaſem Yahya Ben Thabet, præfectus.

In ſtudio traditionis ſacræ multum impendebat operæ pater ejus Yuſef; vir, qui in iis quæ ad Coranum ejuſque lectionem pertinent optime erat verſatus; quoad ſectam vero, tum orthodoxam, tum hæreticam, et fundamenta religionis, celebris evaſit, cum jam ſcientiis intellectualibus mediocriter tantum eſſet imbutus. Avunculus ejus Soliman juris rerumque divinarum ſcientia excelluit.

مجيد وكان الشيخ موفق الدين عبد اللطيف كثير
الاشتغال لا يخلي وقتا من اوقاته من النظر في الكتب
والتصنيف والكتابة والذي وجدته من خطه اشيا
كثيرة جدا بحيث انه كتب من مصنفاته نسخا
متعددة وكذلك ايضا كتب كتبا كثيرة من
تصانيف القدما وكان صديقا لجدي وبينهما صحبة
اكيدة بالديار المصرية لما كانا بها وكان ابي وعمي
يشتغلا عليه بعلم الادب واشتغل عليه عمي ايضا
بكتب ارسطوطاليس وكان الشيخ موفق الدين كثير
العناية بها والفهم لمعانيها واتي الي دمشق من الديار
المصرية واقام بها مدة وكثر انتفاع الناس بعلمه ورايته
لما كان مقيما بدمشق في اخر مرة اتي اليها وهو
شيخ نحيف الجسم ربع القامة حسن الكلام جيد
العبارة وكانت مسطرته افصح من لفظه وكان رحمه
الله ربما تجاوز في الكلام لكثرة ما يري في نفسه
وكان يستنقص الفضلا الذين في زمانه وكثيرا من
المتقدمين وكان وقوعه كثيرا جدا في علماء العجم
ومصنفاتهم وخصوصا الشيخ الريس ابن سينا ونظراه
ونقلت من خطه في سيرته التي الفها ما هذا مثاله
قال اني ولدت بدار لجدي في درب الفالوذج في

Porro adeo insigni erat diligentia Mowaffekkeddin Abdollatiph, ut nullo omnino cessaret tempore, quin aliquid vel legeret, vel componeret, vel scriberet. Scripta autem quæ ejus manu exarata inveni permulta sunt: quippe non tantum plura ex sui ipsius operibus sed etiam ex libris antiquorum exemplaria descripserat. Arctissima inter eum et avum meum intervenerat amicitia, qui, cum in Ægypto una essent, summa erant familiaritate conjuncti; pater etiam et patruus meus eo in studiis humanioribus magistro sunt usi: quorum posterior in libris Aristotelis legendis eum secutus est, utpote qui in eum auctorem multum impenderet studii, et sensum ejus penitus perspectum haberet. Relicta Ægypto Damascum proficiscebatur, ubi aliquandiu moratus est. Ibi ex doctrina ejus et fausto adventu multum utilitatis perceperunt homines. Mihi autem contigit illum videre, quum Damasci, ultima vice qua illuc profectus est, moraretur. Gracili erat corpore, statura mediocri, blando sermone præditus, animi sui sensa eleganter exprimens. Scripta ejus magis perspicua erant, quam quæ viva voce edebat. Sæpenumero modum excessit in sermone propter copiam ac multitudinem eorum, quæ ipse animo suo complecteretur. Homines præstantes, qui ei æquales erant, et multos quoque ex antiquis, parvi pendebat. Præcipue vero in doctos Persas, eorumque opera, invehere solebat; et imprimis in Doctorem summum Avicennam, et eos qui illum sequebantur. Hoc in loco visum est narrare quæ de vita ejus sua manu conscripta inveni; quorum exemplar sequitur.

"Natus eram in domo avi mei apud plateam Alfaludhg dic-

سنة سبع وخمسين وخمسماية وتربيت في حجر الشيخ
ابي النجيب لا اعرف اللعب واللهو واكثر زماني
مصروف في سماع الحديث واخذت لي اجازات من
شيوخ بغداد وخراسان والشام ومصر وقال لي والدي
يوما قد سمعتك جميع عوالي بغداد والحقتك في
الرواية بالشيوخ المسان وكنت في اثنا ذلك اتعلم
الخط واتحفظ القران والفصيح والمقامات وديوان المتنبي
ونحو ذلك ومختصرا في فقه ومختصرا في النحو فلما
ترعرعت حملني والدي الي كمال الدين عبد الرحمن
الانباري وكان يوميذ شيخ بغداد وله بوالدي صحبة
قديمة ايام التفقه بالنظاميه فقرات عليه خطبة الفصيح
فهذا كلاما كثيرا متتابعا لم افهم منه شيا لكن
التلاميذ حوله يعجبون منه ثم قال انا احقر من تعليم
الصبيان احمله الي تلميذي الوجيه الوسطي يقرا عليه
فاذا توسطت حاله قراء عليّ وكان الوجيه عند بعض
اولاد رييس الروسا وكان رجلا اعمي من اهل الثروة
والمروة فاخذني بكلتي يديه وجعل يعلمني من اول
النهار الي اخره بوجوه كثيرة من التلطف فكنت

tam, anno (Hejræ fcil.) quingentefimo quinquagefimo feptimo, et in gremio Doctiffimi Abulnajeb educatus; apud quem, omni ludo jocoque longe a me remotis, tempus fere omne in facra traditione audienda terebam. Multum etiam utilitatis e claris hominibus Bagdadi, Chorafini, Syriæ, et Ægypti percipiebam. Tandem die quodam dixit mihi pater, Jam te, fili mî, fcientia rerum nobilium Bagdadi erudiendum, et doctrina hominum præclari ingenii imbuendum curavi. Hoc tempore, didici fcripturam, et Alcoranum, et Alfafih (*five Difertum*) et Almocamat (vel *Confeffus*;) et Divan τȣ Motanabbi aliaque hujufce generis memoriæ mandabam: ad hæc, juris et rerum divinarum fcientiæ et grammaticæ compendium.

Quum vero jam adultus effem, adduxit me pater ad Camaloddin Abdorrahman Alanbarienfem, virum doctum imprimis, et tunc temporis Bagdadi commorantem. Ei cum patre meo amicitia erat pervetufta, ab eo ufque tempore, in quo juris peritiam rerumque divinarum fcientiam ex ejus ore cum fociis haurire folebat. Apud eum igitur legebam orationem Alfafih: quæ quum longior effet, et in res confecutive cohærentes dilatata, quamvis difcipuli circumftantes ad admirationem ufque redacti effent, ego tamen de auctoris fcopo nihil prorfus intelligebam. Quo animadverfo, Res mihi, inquit, indigna vifa eft, uti pueros docere aggrederer. Deducite eum ad difcipulum meum Alwagiah Alwafti, qui eum doceat, quod ille, pofteaquam cum illo familiaritate effem conjunctus, lubenter fecit. Apud cujufdam primarii filium commoratus eft Alwagiah : vir oculis captus, magno excelfoque præditus animo. Hic mihi, prehenfis duabus manibus, ab aurora ufque ad folis occafum præcepta tradere, variis adhibitis adblandimentis, non defiit. Cœtui ejus intereffe fole-

احضر حلقته بمسجد الطغريه ويجعل جميع الشروح لي
ويخاطبني بها وفي اخر الامر اقرا درسي ويخصني
بشرحه ثم يخرج من المسجد فيذاكرني في الطريق
فاذا بلغنا منزله اخرج الكتب التي يشتغل بها مع
نفسه فاحفظه واحفظ معه ثم يذهب الي الشيخ كمال
الدين فيقرا دروسه ويشرح له وانا اسمع وتخرجت الي
ان صرت اسبقه في الحفظ والفهم واصرف اكثر الليل
في الحفظ والتكرار واقمنا علي ذلك برهة كلما جاء
حفظي كثر وجاد وفهمي قوي واستنار وذهني احتد
واستقام وانا الازم الشيخ وشيخ الشيخ واول ما ابتدات
حفظ اللمع في ثمانية اشهر اسمع كل يوم اشرح اكثرها
مما يقراه غيري وانقلب الي بيتي فاطالع شرح الثمانيني
وشرح الشريف عمر بن حمزه وشرح ابن برهان وكلما
اجد من شروحها واشرحها لتلاميذ يختصون بي الي
ان صرت اتكلم في كل باب كراريس ولا ينفد ما
عندي ثم حفظت ادب الكاتب لابن قتيبه حفظا
متقنا اما النصف الاول ففي شهور واما تقويم اللسان
ففي اربعة عشر يوما لانه كان اربعة عشر كراسا ثم

bam in Delubro cui Altafriat nomen, ubi mihi commentaria omne genus exponebat, et ipſe de iis diſſerebat. Tandem vero, peracta prælectione, me ſolum adhibuit apud quem commentarium ejus exponeret. Deinde e Delubro egreſſus, mihi dum una in via eſſemus, *hæc omnia* in memoriam revocabat. Quum vero ad domum ejus perventum eſſet, propoſitis libris iſtis, quibus ipſe incumbere ſolebat, eos memoriæ mandabat, me quoque una memoriæ mandante. Deinde ad Camalloddin profectus, exercitiis ejus præfuit, et commentaria expoſuit. Ego interim audire, et progreſſus pedetentim facere non deſii, donec ipſum memoriæ facultate et intelligentia præverterem; majori parte noctis ea quæ didiceram in memoriam revocando repetendoque conſumpta. Huic inſtituto aliquantulum temporis incubui, donec ad quaſcunque tandem res applicita erat memoria mea, valde adaucta et perfecta eſſet, perceptio mea corroborata et perſpicua reddita, et ingenium meum perpolitum et ſubactum. Doctori autem illuſtriſſimo, uſque ad ætatem ejus provectam, adhærere ſolebam. Liber autem, quem primo memoriæ mandare cœpi, dictus erat Allamih, cujus interpretationem, ſingulis fere diebus, per octo menſium ſpatium, ab aliis exaudivi. Tunc ad domum meam reverſus inſpexi Commentarium Althemani, et Commentarium Alſharif Omar Ben Hamzah, et Commentaria Ibn Borhan; et quicquid ex eorum Commentariis didiceram propriis meis diſcipulis explicavi; quæ, quamvis in ſectiones varias dilatata eſſent, minime tamen ea omnia complectebantur, quæ jam didiceram, et memoria firmiter tenebam. Tunc ſumma cura ac ſtudio memoriæ mandavi librum dictum Adeb Alcateb, auctore Ibn Cotaiba; partem quidem primam menſibus paucis, partem autem Tacwimalliſan dictam quatuordecim diebus; quippe quæ quatuordecim ſectiones contineret.

حفظت مشكل القران له وغريب القران له وكل ذلك
في مدة يسيرة ثم انتقلت الي الايضاح لابي علي
الفارسي فحفظته في شهور كثيرة ولازمت مطالعة شروحه
وتتبعته التتبع التام حتي تبحرت فيه وجمعت ما قال
الشراح واما التكملة فحفظتها في ايام يسيرة كل يوم
كراسا وطالعت الكتب المبسوطة والمختصرات وواظبت
علي المقتضب للمبرد وكتاب ابن درستويه وفي اثنا
ذلك لا اغفل عن سماع الحديث والتفقه علي شيخنا
ابن فضلان بدار الذهب وهي مدرسة معلقة بناها
فخر الدين بن المطلب قال وللشيخ كمال الدين
ماية تصنيف وثلاثون تصنيفا اكثرها في النحو وبعضها
في الفقه والاصوليين وفي التصوف والزهد واتيت في
اكثر تصانيفه سماعا وقراة وحفظا وشرع في تصنيفين
كبيرين احدهما في اللغة والاخر في الفقه ولم يتفق
له اتمامهما وحفظت عليه طايفة من كتاب سيبويه
واكببت علي المقتضب فاتقنته وبعد وفاة الشيخ
تجردت لكتاب سيبويه ولشرحه لسيرافي ثم قرات علي
ابن عبيده الكرخي كتبا كثيرة منها كتاب
الاصول لابن السراج والنسخة في وقف ابن الخشاب

Poſtea memoriæ mandavi Moſhcal Alcoran, et Garib Alcoran, eodem auctore, brevi temporis ſpatio. Tunc vero incubui libro Alizah dicto, auctore Abu Ali Alfarſi, quem multos poſt menſes tandem memoria ſum complexus, ſenſum ejus penitus perſpexi, omniaque quæ de eo continerent Commentatores collegi: et Altacmilla paucis diebus comprehendi, ſingulas ſectiones diebus ſingulis diſcens. Inſpexi etiam libros, tam prolixe magis ſcriptos, quam qui in compendium redacti eſſent. Curam etiam diligentem adhibui in libro Almoctazib legendo, auctore Almobrib, et libro Ebn Dariſtoui. Interea temporis non neglexi traditionem ſacram, et juris rerumque divinarum ſcientiam ex ore Ibn Fazlan exhaurire apud Daroldheb, quod gymnaſium eſt Almoallacat dictum, a Phacroddin Ebn Almotalleb exædificatum."

Dixit, "Compoſuit Doctor Camalloddin centum et triginta libros, quorum plures ſunt de Grammatica; pauci tamen de juris rerumque divinarum ſcientia, de fundamentis religionis, de Sophorum inſtitutis, et mundi renunciatione; quorum librorum majorem partem vel audiendo, vel legendo, didici, et memoriæ mandavi. Porro auctor iſte libros duos permagnos, quorum alter de vocum ſignificatione, alter de juris rerumque divinarum ſcientia tractat, componere aggreſſus eſt; quos tamen imperfectos reliquit. Poſt hoc librum Sibwiæ memoriæ mandavi, tum libro Almoctazeb ſtudium impendi, eumque firmiter comprehendi. Mortuo tandem Doctore, me totum dedidi libro Sibwiæ, et Commentario ejus, auctore Sirafi. Deinde libros multos apud Ibn Obeidam Alcorchi legebam, e quibus erat liber Aluſoul dictus, auctore Ibno'l Saraj, cujus exemplar collegio ab Almamune condito dicavit Ibno'lchoſhaib.

بـربـاط الهامونية وقـرات عـلـيـه الغرايض والعروض للخطيب الـتـبـريـزي وهو من خواص تلاميذ ابن السجري واما ابن الخشاب فسمعت بـقـراتـه معاني الزجاج علي الكاتبه وسمعت منه الحديث المسلسل وهو الراحمون يرحمهم الرحمن ارحموا من في الارض يرحمكم من في السما وقـال ايضا موفق الدين البغدادي ان من مشايخه الذين انتفع بـهـم كما زعـم ولد امين الدولة ابن التلميذ وبالغ في وصـفـه وكـثـر وهذا فلكثرة تعصبه للعراقيين والا فولد امـيـن الدولة لم يكن بهذه مثابة ولا قريبا مـنـهـا وقال انه ورد الي بغداد رجل مغربي طوال في زي التصوف له ابهة ولسن مقبول الصورة عليه مسحة الدين وهيبة السياحة ينفعل لصورته من راه قبل ان يخبره يعرف بابن باتلي يزعم انه من اولاد الملثمة خرج من المغرب لما استولي عليها عبد المومن فلما استقر ببغداد اجتمع اليه جماعـة من الاكابر والاعيان وحضره الرضي القزويني وشيخ الشيوخ ابن سكينه وكنت واحد ممن حضره فاقراني مقدمة حساب ومقدمة ابن بابشاد في النحو وكان له طريق في التعليم عجيب ومن يحضره يظن انـه متبحرًا وانما كان متطرفا لكنه كان قد امعن في كتب الكيميا

Apud eum quoque legebam Alfaraez, et Alharouz, auctore Alchotaib Altabrizi, qui unus erat ex intimis diſcipulis Ibn'ol Segri. Verum ad Ibno'lchoſhaib quod attinet, prælectionem ejus audivi in librum Mohani Alzojaj dictum. Ex eo etiam audivi traditionem Almoſulſel dictus, quæ ita infit, ' Qui ſint miſericordes, eorum miſerebitur miſericors (Deus ;) miſeremini ejus qui eſt in terra, veſtri miſerebitur qui eſt in cœlis.''

Dixit etiam Mowakkeſſiddin, " Ex illorum numero de quibus fructum percepi, fuit Walid Amin'oddoul Ibno'ltalmidh.'' Multus eſt in hoc laudando, non aliam ob cauſam, quam quod Erakenſes ſummo in contemptu habuit: quum revera Walid Amin'oddoul nihil minus quam talem meruerit laudem.

Dixit etiam, " Ad Bagdadum acceſſit vir quidam occidentalis, ſtatura procera, in Sophorum habitu, ſummum ſplendorem ac eloquentiam præ ſe ferens, forma minime indecora, religionis pene expers, more jactabundo, Ibn Botli nomine, cujus ex aſpectu aliquis minime conjecturam faceret, quinam eſſet, priuſquam eum alloqueretur. Almolthimitis ortum ſeſe jactabat, et ab Occidente profectum, quum in poteſtatem Abdo'lmoumen redigeretur. Quum igitur Bagdadi ſedem habuit, multi ex magnatibus et viris illuſtribus ad eum congregati ſunt ; inter quos adfuit et Alrazi Alcazwini, et Doctor celeberrimus Ben Sacini. Ipſe quoque ad eum adii, et mihi explicavit Introductionem ad Arithmeticam, et Introductionem Ibn Babſhid ad Grammaticam. Porro ei in docendo erat ratio plane miranda, ita ut adſtantes ſumma eum doctrina penitus imbutum exiſtimarent, quum partes ejus aliquot tantum attigerit. In

والطلسمات وما جري مجراهما واتي علي كتب جابر
باسرها وعلي كتب ابن وحشيه وكان يجلب القلوب
بصورته ومنطقه وايهامه فهلا قلبي شوقا الي العلوم كلها
واجتمع بالامام الناصر الدين الله واعجبه ثم سافر
واقبلت علي الاشتغال وشمرت زيل الجد والاجتهاد
وهجرت النوم واللذات واكببت علي كتب الغزالي
المقاصد والمعيار والميزان ومحك النظر ثم انتقلت الي
كتب ابن سينا صغارها وكبارها وحفظت كتاب
النجاة وكتبت الشفا وبحثت فيه وحصلت كتاب
التحصيل لبهيار تلميذ ابن سينا وكتبت وحصلت
كثيرا من كتب جابر بن حيان الصوفي وابن وحشيه
وباشرت عمل الصنعة الباطلة وتجارب الضلال الفارقة
واقوي من اضلني ابن سينا بكتابه في الصنعة الذي
تمم به فلسفته التي لا يزداد بالتمام الا نقصا قال ولما
كان في سنة خمس وثمانين وخمسماية حيث لم يبق
ببغداد من ياخذ بقلبي ويملا عيني ويحل ما يشكل
عليّ دخلت الموصل فلم اجد فيها بغيتي لكن وجدت
الكمال ابن يونس جيدا في الرياضيات والفقه متطرفا
من باقي اجزا الحكمة قد استغرق عقله ووقته حب

Alchemia autem, arte Talismitica, aliisque ejusdem farinæ, longe erat provectus. Accessit etiam ad libros Giabar universos, et ad libros Ibn Wasihi. Formæ autem dignitate, suaviloquentia, et falsis opinionibus, hominum mentes ad se allicere solebat; et me quoque flagranti scientiarum universarum amore incendebat. Adfuit quoque Antistes Alnaseroddin Allah, quem ad admirationem movebat: tum denique peregrinatus est.

Ipse vero summa diligentia ac studio usus sum, somnum et voluptates effugiens, et libris Algazali, Almocased, Almiar, Almizan et Mohiccalnathar, legendis sedulo incubui. Deinde ad libros Avicennæ tum parvos tum magnos summo me contuli studio. Librum Alnajat memoriæ mandabam, et Alshafeh transcribebam. Librum quoque Altasil diligenter perlegi, auctore Biyar, Avicennæ discipulo. Multum quoque descripsi, et ad usum meum redegi, e libris Giabar Ben Hiyan Alsophi, et Ibn Washih, et artem inanem lubens tractavi, ac in errore maximo peritissimus evasi.

Sed inter omnes qui me in errorem perduxerunt, præcipue adnumerandus est Avicenna, in libro suo Alsanah, sive de Arte bene curandi; ubi scilicet elucet consummata ejus philosophia; quæ quo magis ad completionem vergit, eo magis pro damno existimanda est."

Dixit, " Ineunte anno quingentesimo octogesimo quinto, quum Bagdadi nullus esset omnino, qui mihi cordi esset, aut desiderium meum expleret, et nodos difficiliores dissolveret; hac urbe relicta, Mauselam ingressus sum. Neque hic, quod maxime peterem, consequi potui. Inveni tamen Alcamal Ibn Yunes, auctorem in philosophia morali et juris rerumque divinarum scientia quantivis pretii, sed in cæteris doctrinæ partibus

الكيميا وعملها حتي صار يستخف بكل ما عداها
واجتمع الي جماعة كثيرة وعرضت علي مناصب
فاخترت منها مدرسة ابن مهاجر المعلقة ودار الحديث
التي تحتها واقمت بالموصل سنة في اشتغال دايم
متواصل ليلا ونهارا وزعم اهل الموصل انهم لم يروا من
احد قبلي ما راوا مني من سعة المحفوظ وسرعة
الخاطر وسكون الطاير وسمعت الناس يهرجون في حديث
الشهاب السهروردي المتفلسف ويعتقدون انه فاق
الاولين والاخرين وان تصانيفه فوق تصانيف القدما
فهممت لقصده ثم ادركني التوفيق فطلبت من ابن
يونس شيا من تصانيفه وكان ايضا معتقدا فيها
فاطلعني علي التلويحات واللمحة والمعارج فصادفت فيها
ما يدل علي جهل اهل الزمان ووجدت لي تعاليق
كثيرة لا ارتضيها هي خير من كلام هذا الانوك وفي
اثنا كلامه يثبت حروفا مقطعة يوهم بها امثاله انها
اسرار الاهية ∴

قال ولما دخلت دمشق وجدت فيها من اعيان
بغداد والبلاد ممن جمعهم الاحسان الصلاحي جمعا

minime verſatum; quippe cujus ſtudium et tempus eo uſque ad Alchimiam et ejus πρᾶξιν dedita eſſent, uti cætera omnia præ his parvi penderet.

Quum vero conſeſſus multos frequentitarem, oblata ſunt mihi loca multa, e quibus ſelegi Gymnaſium Ibn Mohager Almoallacat dictum, et domum traditionis ſacræ ſubter poſitam. Annum unum Mauſelæ conſumpſi, indeſinenter ſtudiis nocte dieque incumbens. De me autem dixerunt Mauſelenſes, ſe nunquam antea vidiſſe aliquem, qui vel præſtanti adeo gauderet memoria, vel animo concepta magis apte exprimeret, vel qui denique tantam præ ſe ferret gravitatem. Audivi etiam homines magnopere laudantes traditionem Shahab Alſahrourdi, philoſophi ſpeciem præ ſe ferentis, quem auctoribus tum veteribus tum recentioribus præponere non dubitabant; pro comperto habentes, opera ejus antiquorum operibus longe præſtare. Quum igitur ejus viſendi deſiderio flagrabam, oblata occaſione, petii ab Ibn Yunes, qui et ipſe fuit hujus auctoris valde ſtudioſus, uti mihi partem aliquam ejus operum exhiberet. Commonſtravit ille mihi libros ejus dictos Altalwihat, Allameh, et Almoharej; quibus viſis, hominum hujuſce ætatis ignorantiam penitus perſpiciebam: mihi igitur ſtudia illa, quibus omnino deditus eſſem, et quæ tamen non omnino probarem, magis placebant, quam plumbei iſtius ſermones. Solebat autem inter ſermones ejus literas quaſdam disjunctas ante oculos proponere, quibus homines hujuſce farinæ divini aliquid myſterii ineſſe ſæpius arbitrantur."

Dixit, "Ingreſſus autem Damaſcum, ibi viros illuſtres ex Bagdado et regionibus aliis inveni, quorum magnam multitudinem congregaverat Salahoddini munificentia; inter quos erat

كثيرا منهم جمال الدين عبد اللطيف والد الشيخ ابي
النجيب وجماعة بقيت من بيت ريس الروسا وابن طلحه
الكاتب وابن العطار المقبول الوزير وابن هبيرة الوزير
واجتمعت بالكندي البغدادي النحوي وجري بيننا
مباحثات وكان شيخا بهيا زكيا مثريا له جانب من
السلطان لكنه كان معجبا بنفسه موذيا لجليسه وجرت
بيننا مباحثات فاظهرني الله تعالي عليه في مسايل كثيرة
ثم اني اهملت جانبه فكان يتاذي باهمالي له اكثر مما
يتاذي الناس منه وعملت بدمشق تصانيف جمة منها
غريب الحديث الكبير جمعت فيه غريب ابي عبيد
القاسم ابن السلام وغريب ابن قتيبه وغريب الخطابي
وكنت ابتدات به في الموصل وعملت له مختصرا سميته
المجرد وعملت كتاب الواضحة في اعراب الفاتحة نحو
عشرين كراسا وكتاب الالف واللام وكتاب رب
وكتابا في ذات والصفات الذاتية الجارية علي السنة
المتكلمين وقصدت بهذه مسلة الرد علي الكندي
ووجدت بدمشق الشيخ عبد الله بن باتلي نازلا بالمازنة
الغربية وقد عكف عليه جماعة وتحزب الناس فيه
حزبين له وعليه فكان الخطيب الدولعي عليه وكان من
الاعيان له منزلة وناموس ثم خلط ابن باتلي علي نفسه

Gemaileddin Abdollatiph, pater Doctoris Abulnajeb, et qui relicti essent e domo antistitis summi, et Ibn Taleh Alcateb, et Ibn Attar, piæ memoriæ, Alvizier, et Ibn Hobeira Alvizier. Conveni etiam Alcendi Bagdadensem Grammaticum, quocum multas disputationes inivi. Vir erat summa præditus gravitate, acris ingenii, opibus abundans, familiaritate cum Sultano conjunctus, sui autem ipsius plus quam satis admirator, et sodalibus permolestus. Cum autem in variis hisce disputationibus a D. O. M. sæpenumero victoria mihi concessa esset, eum in neglectu tandem habere cœpi; quod ille multo ægrius, quam alii illius consuetudinem, ferebat.

Libros autem, dum Damasci commorabar, permultos composui, et inter alios unum de mirandis traditionis magnæ, in quo Garib Abi Obaid Alcasem Ibno'lsalam, et Garib Ibn Cotaib, et Garib Alchatabi in unum collegi. Hunc librum Mauselæ inceperam, et ejus compendium scripsi, quod Almogrid nominavi. Condidi etiam librum Alwazeh dictum, de explicatione *vel enunciatione* Alfatih, i. e. *capitis primi Corani*, viginti fere sectiones complectentem; et librum de litera Lamalif, et librum Rab dictum, et librum de essentia divina et attributis in modum Theologorum conscriptum, in qua disquisitione Alcendi refutatio mihi erat proposita.

Porro Damasci conveni Doctorem Abdalla Ibn Botli in arce occidentali commorantem. Ei multi mortales operam dederunt, et ad eum turmatim confluxerunt, tam qui pro eo, quam qui contra eum essent. Adversus eum erat Alchotab Aldouli, vir illustris, qui villam et hortos possidebat. Tum Ibn Botli, quum in animi perturbationem incidisset, odium hominum in se contraxit. Cœpit etiam verba de Alchimia et philosophia pro-

فاعان عدوه عليه وصار يتكلم في الكيميا والفلسفة
وكثر التشنيع عليه واجتمعت به فصار يسالني عن
اعمال اعتقد انها خسيسة نزرة فيعظمها ويحتفل بها
ويكتبها مني وكاشفته فلم اجده كما كان في
نفسي فساء به ظني وبطريقه ثم باحثته في العلوم
فوجدت عنده منها اطرافا نزرة فقلت له يوم لو صرفت
زمانك الذي ضيعته في طلب الصنعة الي بعض العلوم
الشرعية او العقلية كنت اليوم فريد عصرك مخدوما
طول عمرك وهذا هو الكيميا لا ما تطلبه ثم اعتبرت
بحاله وانزجرت بسو ما له والسعيد من وعظ بغيره
فاقلعت ولكن لا كل الاقلاع ثم انه توجه الي صلاح
الدين بظاهر عكا يشكوا اليه الدولعي وعاد مريضا وحمل
الي البيمارستان فمات به واخذ كتبه المعتمد شحنة
دمشق وكان مغريا بالصنعة ثم اني توجهت الي
زيارة القدس ثم الي الصلاح الدين بظاهر عكا
فاجتمعت بهاء الدين ابن شداد قاضي العسكر يوميذ
وكان قد اتصل به شهرتي بالموصل فانبسط لي واقبل
عليّ وقال تجتمع بعماد الدين الكاتب فقمنا اليه
وخيمته الي خيمة بهاء الدين فوجدته يكتب كتابا

ferre, a quibus dedecus ejus adauctum eſt. Quum eum conveniſſem, me interrogavit de rebus quas ego viles prorſus ac nugas meras eſſe duxi, ipſe tamen magni æſtimavit, et dignas in quas operam ſtudiumque conferret. Reſponſiones de his a me datas ſcripturæ mandabat. Qualis igitur eſſet pro certo habui; quippe quem reperiebam longe diverſum ac opinatus fueram; ita ut tum virum tum inſtitutum ejus omnino parvi penderem. Deinde diſputatione de ſcientiis inita, hac in parte eum leviter tantum inſtructum eſſe cognovi. Ei autem die quodam dicebam, ſi tempus quod in hujus artis diſquiſitione miſere perdidiſti, in ſcientiam aliquam legalem vel intellectualem contuliſſes, ſeculi tui Phœnix jam jam evaſiſſes, ſummo habitus in honore, dum vita ſuppeteret; quod vero ad Alchimiam iſtam pertinet, non eſt cur eam perſequaris. Perſpectum igitur habui ſtatum ejus, et a malo ejus inſtituto abhorrui. Felix eſt qui longe diverſum ab eo commonuerit! Magna igitur ex parte, et non penitus, *ab hoc errore* liberatus ſum. Poſtea ad Salahoddin intra urbem Accam commorantem profectus eſt Ibn Botli, uti apud eum de Aldouli conquereretur; hinc autem morbo laborans reverſus eſt, et in Noſocomium invectus, ibi tandem diem obiit ſupremum. Libri ejus ad Prætorem Damaſci, qui apud Sanaam commorabatur, delati ſunt.

Poſt hæc ad viſitationem Hieroſolymitanam peragendam peregrinatus ſum; deinde ad Salahoddin extra Accam profectus, conveni Bohaddin Ibn Shodad, qui tunc temporis exercitui præerat, et ad quem nominis mei celebritas, dum Mauſelæ commorarer, jam antea pervenerat. Lætus ille me et vultu exporrecto accepit; et me aſpiciens, neceſſe eſt, inquit, uti Scribam Amaddin convenires. Eo iter tetendimus; erat autem tentorium ejus juxta tentorium Bohaddin. Eum de-

الي الديوان العزيز بقلم الثلث من غير مسودة وقال
هذا كتاب الي بلدكم وذاكرني في مسايل من
علم الكلام وقال قوموا بنا الي القاضي الفاضل
فدخلنا عليه فرايت شيخا ضييلا كله راس وقلب وهو
يكتب ويملي علي اثنين ووجهه وشفتاه تلعب الوان
الحركات لقوة حرصه في اخراج الكلام وكانه يكتب
بجملة اعضايه وسالني القاضي الفاضل عن قوله سبحانه
وتعالي حتي اذا جاوها وفتحت ابوابها وقال لهم خزنتها
اين جواب اذا واين جواب لو في قوله تعالي ولو ان
قرانا سيرت به الجبال وعن مسايل كثيرة ومع هذا
فلا يقطع الكتابة والاملا وقال لي ترجع الي دمشق
وتجري عليك الجرايات فقلت اريد مصر فقال السلطان
مشغول القلب باخذ الفرنج عكا وقتل المسلمين بها
فقلت لا بد لي من مصر فكتب لي ورقة صغيرة الي
وكيله بها فلما دخلت القاهرة جاني وكيله وهو ابن
سنا الملك وكان شيخا جليل القدر نافذ الامر فانزلني
دارا قد اربحت عللها وجاني بدنانير وغلة ثم مضي
الي ارباب الدولة وقال هذا ضيف القاضي الفاضل
فدرت الهدايا والصلات من كل جانب وكان كل
عشرة ايام او نحوها تصل تذكرة القاضي الفاضل الي

prehendebam Epiſtolam ſcribentem ad Divanum illuſtrem, Sulſi charactere ſine exemplari; et hæc, inquit, Epiſtola ad civitatem tuam mittenda. Mihi autem quæſtiones multas Theologicas propoſuit; tum dixit, proficiſcere nobiſcum ad Alcadi Alfazel; quo cum ventum eſſet, doctorem vidi exili corpore, qui capite et corde omnino conſtaret. Vultus autem et labra ejus diverſimodo, dum ipſe ſcriberet, et duobus aliis dictaret, agitabantur, ob ſtudium intenſum, quo ſermones divinos proferre laborabat, et quaſi omnibus membris ſcribere videbatur. Me etiam interrogavit Alcadi Alfazel de eo quod dicit D. O. M. (in Corano ſcil.) "Ad quam urbem ubi convenerint, et apertæ ſint portæ ejus, et dicent eis cuſtodes ejus &c." Ubinam eſt reſponſio, ubinam, inquit, eſt reſponſio, niſi in verbo Dei, "Et quamvis aliquis Coranus *demiſſus eſſet* per quem transferrentur montes &c." De his et multis aliis quæſtionibus me interrogavit; nec interea temporis ſcribere et dictare deſinebat; et mihi dixit, Ad Damaſcum revertere, ubi tibi ratum ſtipendium præbebitur. Mihi, inquiebam, in animo eſt, Ægyptum proficiſci. Reſpondit ille, Cor Sultani mœrore confectum eſt, eo quod Franci Accam ceperint, et fideles, qui in ea eſſent, letho dederint. Mihi, inquiebam, omnino neceſſe eſt ut Ægyptum proficiſcar. Parvam igitur mihi conſcripſit ſchedulam ad præfectum ejus deferendam. Quum vero Cahiram ingreſſus eſſem, venit ad me præfectus, nomine Ibn Sona Almalec, vir ſumma auctoritate, et rerum publicarum maxime peritus. Is mihi domum aromatibus perfuſam, pecuniam, et ſervos præbuit. Deinde ad magnates Imperii accedens, hic, inquit, hoſpes eſt Alcadi Alfazel. Tum vero munera et ſalutationes mihi undique accumulari. Solebat

ديوان مصر بمهمات الدولة وفيها فـصـل يوكد الوصية
في حقي واقمت بمسجد الحاجب لولو رحمه الـلـه
اقري الناس وكـان تصدي في مـصـر ثـلاثـة انفس
ياسين السيميائي والريس موسي ابن ميمون اليهودي
وابو القاسم الشارعي وكلهم جاوني اما ياسين فوجدته
مخايلا كذابا مشعبذ يشهد للساقاني بالكيميا ويشهد
لـه الساقاني بالسيميا ويقول عـنـه انـه يعمل اعمالا
يعجز موسي بن عمران عنها وانه يحضر الذهب المضروب
متي شـا وباي مقدار شا وباي سكة شـا وانه يجعل
ماء النيل خيمة ويجلس فـيـه واصحابه تحتها وكان
ضـعـيـف الحال وجاني موسي فوجدته فاضلا لا في
الغاية قد غلب عليه حب الرياسة وخدمة اربـاب الدنيا
وعمل كـتـابـا في الـطـب جمعه من الستة عشر
لجالينوس ومن خمسة كـتـب اخري وشرط ان لا
يغير فـيـه حرفا الا ان تكون و او عطف او فآ وصل
وانما ينقل فصولا يختارها وعمل كـتـاب لليهود سماه
كـتـاب الدلالة ولعن من يكتبه بغير القلم العبراني
فوقفت عليه فوجدته كتاب سوء يفسد اصول الشرايع

autem Alcadi Alfazel monita ad Divanum Ægypti de fumma Imperii confcribere, fpatio dierum viginti non longius interpofito. His mandata aliqua quæ ad me fpectabant femper adjunxit; uti mihi fcilicet pro dignitate tribueretur. Commoratus autem fum apud Delubrum præfecti Lulu, hominibus prælegens.

Porro uti Ægyptum peterem, trium virorum videndi caufa fum adductus; fcilicet Yafen, Magi, et Doctoris Mofis Ibn Maimon, Judæi, (Maimonidis) et Abulcafem Shareenfis, qui omnes ad me venerunt.

Ad Yafen vero quod attinet, præftigiatorem eum ac mendacem omnino comperi: is teftimonium perhibuit τῷ Sacani tanquam Alchimiæ perito, qui viciffim et illum Magia præpollere teftabatur. Jactitabat is, fe ea efficere poffe, quæ Mofis filii Amrami vires excederent; quodque aurum fignatum, quo tempore vellet, qualibet quantitate et typo produceret. Dixit etiam fe aquas Nili fuper caput quafi tentorium erigere poffe, fubter quas ipfe fimul et fodales ejus federent. Hicce vir humili erat ftatu.

تولدها، كتاب النخبة وهو خلاصة الامراض الحارة،
اختصار كتاب الحميات للاسرايلي، اختصار كتاب
البول للاسرايلي، اختصار كتاب النبض للاسرايلي،

31. Compendium libri *Omda* ſive *Columna*, auctore Ibn Raſhic. 32. Tractatus de convenientia. 33. Liber *Algali*, ſive *clarus* dictus, de Arithmetica Indica. 34. Compendium libri *Alnabat*, ſive *Plantarum*, auctore Abu Hanifa Aldinouri. 35. Liber alius generis ejuſdem. 36. Compendium libri cui titulus Materia Durationis, auctore *Altamimi*. 37. Liber Aphoriſmorum &c. tractatibus ſeptem conſtans. Hunc librum complevit Noſter, menſe Ramadan, anno ſexcenteſimo octavo. 38. Expoſitio libri *Alfaſoul*, ſive *Aphoriſmi*, auctore Hippocrate. 39. Expoſitio libri cui titulus, Introductio in ſcientias, auctore Hippocrate. 40. Compendium Expoſitionis Galeni in librum qui de morbis calentibus tractat, auctore Hippocrate. 41. Compendium libri de Animalibus, auctore Ariſtotele. 42. Concinnatio Quæſtionum quarundam, auctore Ariſtotele. 43. Liber alius generis ejuſdem. 44. Compendium libri de uſu partium, auctore Galeno. 45. Compendium libri de dogmatis Hippocratis et Platonis. 46. Compendium libri *Alganem*, ſive de fœtu. 47. Compendium libri *Alſout*, ſive de voce. 48. Compendium libri *Almani*, ſive de ſpermate genitali. 49. Compendium libri de organis reſpirationis. 50. Compendium libri de muſculis. 51. Compendium libri de animalibus, auctore *Algahith*. 52. Liber de organis reſpirationis, eorundemque operationibus, ſex conſtans tractationibus. 53. Tractatus de variis febrium generibus, e quibus rebus ſingula conſtant, et unde originem ducant. 54. Liber *Alnachbeh* dictus, ſive de liberatione a morbis calentibus. 55. Compendium libri de febribus, auctore Iſraelita. 56. Compendium libri de urina, auctore Iſraelita. 57. Compendium libri de pulſatione, auctore Iſraelita. 58. Hiſtoria

كتاب اخبار مصر الكبير، كتاب اخبار مصر الصغير وترجمة كتاب الافادة والاعتبار في الامور المشاهدة والحوادث المعاينة بارض مصر وفرغ من تاليفه من العاشر من شعبان سنة ثلاث وستماية بالبيت المقدس، كتاب تاريخ وهو يتضمن سيرته الفه لولده شرف الدين يوسف، مقالة في العطش، مقالة في الماء، مقالة في احصا مقاصد واضعي الكتب في كتبهم وما يتبع ذلك من المنافع والمضار، مقالة في معني الجوهر والعرض، مقالة موجزة في النفس، مقالة في الحركات المعتاضة، مقالة في العادات، الكلمة في الربوبية، مقالة تشتمل علي احدي عشر بابا في حقيقة الدوا والغذا ومعرفة طبقاتها وكيفية تركيبها، مقالة في البادي بصناعة الطب، مقالة في شفا الضد بالضد، مقالة في ديابيطس والادوية النافعة منه، مقالة في الراوند، مقالة في السقنقور، مقالة في الحنطة، مقالة في الشراب والكرم، مقالة في البحران صغيرة، رسالة الي مهندس فاضل عمل كتب بها اليه من مدينة حلب، اختصار كتاب الادوية المفردة لابن وافد، اختصار كتاب الادوية المفردة لابن سمحون، كتاب كبير في الادوية المفردة، مختصر في الحميات، مقالة في المزاج، كتاب الكفاية في التشريح، كتاب

Ægypti; liber magnus. 59. Hiſtoria Ægypti; liber compendiarius; et interpretatio libri cui titulus, Liber utilitatis et monitionis de rebus teſtatiſſimis, et accidentibus mirandis obſervatione compertiſſimis in terra Ægypti. Huic libro finem impoſuit Noſter decimo die menſis Shabani anno ſexcenteſimo tertio Hieroſolymæ. 60. *Chronicon*, (*vel hiſtoria*) in quo continetur morum ejus deſcriptio: hunc librum compoſuit in uſum filii ſui Shariffoddin Yuſef. 61. Tractatus de ſiti. 62. Tractatus de aqua. 63. Tractatus de ſcopo auctorum comprehendo &c. et quid utilitatis et damni inde eveniet. 64. Tractatus de ſubſtantia et accidentia. 65. Tractatus compendioſus de ſpiritu. 66. Tractatus de motionibus contrariis. 67. Tractatus de conſuetudinibus. 68. Tractatus de ſumma poteſtate. 69. Tractatus undecim ſectionibus conſtans, de medicamentis alimentiſque, et quomodo inter ſe ſint conjuncta, et ratio eorum compoſitionis. 70. Tractatus in uſum tironum in πράξει medicinæ. 71. Tractatus de contrariis contrario curandis. 72. Tractatus de diabete et iis medicaminibus quæ ei ſublevandæ ſunt idonei. 73. Tractatus de rhabarbaro. 74. Tractatus de ſcinco (*lacerta*.) 75. Tractatus de tritico. 76. Tractatus de vino (*vel ſyrupo*) et vite. 77. Tractatus brevis de morborum criſe. 78. Epiſtolæ ad Geometram egregium πρακτικὸν, quas ad eum ab Halebo conſcripſit. 79. Epitome libri de medicaminibus ſimplicibus, auctore Ibn Wafed. 80. Epitome libri de medicaminibus ſimplicibus, auctore Ibn Samhon. 81. Liber magnus de medicaminibus ſimplicibus. 82. Compendium de febribus. 83. Tractatus de temperamento corporis. 84. Liber *Alcafaih* dictus, ſive de anatomia. 85. Refutatio expoſitionis Ali Ibn

الرد علي ابن الخطيب في شرحه بعض الكليات القانون والف كتابه هذا لعمي رشيد الدين علي ابن خليفه رحمه الله وارسله اليه وكان تاليفه لذلك بحلب قبل توجهه الي بلاد الروم، كتاب تعقب، حواشي ابن جميع علي القانون، مقالة يرد فيها علي كتاب علي بن رضوان المصري في اختلاف جالينوس وارسطوطاليس، مقالة في الحواس، مقالة في الكلمة والكلام، كتاب السعّة، كتاب تحقة الامل، مقالة في الرد علي اليهود والنصاري، مقالتان ايضا في الرد علي اليهود والنصاري، مقالة في ترتيب المصنفين، كتاب الحكمة العلانية ذكر فيه اشيا حسنه في العلم الالهي والف كتابه هذا لعلا الدين داود بن بهرام صاحب ارزنجان، مقالة علي جهة التوطية في المنطق، حواشي علي كتاب البرهان للفارابي، كتاب الترياق، فصول المنتزعة من كلام الحكما حل شي من شكوك الرازي علي كتب جالينوس، كتاب المراقي الي الغاية الانسانية ثماني مقالات، مقالة في ميزان الادوية المركبة من جهة الكميات، مقالة في موازنة الادوية والادوا من جهة الكيفيات، مقالة في تعقب اوزان الادوية، مقالة اخري في المعني وكشف شبه وقعت لبعض العلما، مقالة

Chotaib in partem introductionis generalis Canonis *Avicennæ*. Hunc librum in usum avunculi mei Rashiddodddin Ali Ibn Chalifæ conscripsit, dum Halebi commoraretur, antequam ad regiones *Alroum* progressus esset. 86. Liber *Altaaccab* dictus. 87. Supplementum appendicis Ibn Gamih in Canonem *Avicennæ*. 88. Tractatus in quo refutationem suscipit libri Ali Ibn Rezwan Mesrensis, de discrepantibus Galeni et Aristotelis Sententiis. 89. Tractatus de sensibus. 90. Liber *Alcalimat* et *Alcalam* (*sive de theologia scholastica.*) 91. Liber *Alsii* dictus. 92. Liber cui titulus, *spei* munificentia. 93. Judæorum et Christianorum refutatio. 94. Tractatus duo alii de subjecto eodem. 95. Tractatus de justo autorum distributione. 96. Liber *sapientia manifesta* dictus, in quo narrat res ad theologiam pertinentes quas ipse comprobavit. Librum hunc composuit in usum Aladdin David Ibn Bāhram Arzinjani Domini. 97. Tractatus de viæ rectæ insistendo in dialectica. 98. Appendix in librum *Alborhan* dictus, auctore Alfarabi. 99. Liber de theriaca. 100. Sectiones selectæ e sermone sapientium. In hoc libro quasdam solvit difficultates Alrazi in libros Galeni. 101. Liber cui titulus *scala qua ascenditur ad perfectionem humanam*, octo tractationibus constans. 102. Tractatus de mensura medicamentorum compositorum quoad quantitatem. 103. Tractatus de relatione mutua inter medicamenta et morbos quoad qualitatem. 104. Supplementum in librum de mensura medicamentorum. 105. Tractatus alius de syntaxi, et variis similitudinibus a viris doctis usurpatis. 106. Tractatus

في المعني فيها جواب ثلاث مسايل، مقالة سادسة مختصرة، مقالة تتعلق بموازين الادوية الطبية في المركبات، قول ايضا في المعني، مقالة في التنفس والصوت والكلام، مقالة في اختصار كلام جالينوس في سياسة الصحة، انتزعات من كتاب دياسقوريدس في صفات الحشايش، انتزعات اخري في منافعها، مقالة في تدبير الحرب كتبها لبعض الملوك زمانه في سنة ثلاث وعشرين وستماية ووجدته ايضا وقد ترجمها، مقالة في السياسة العملية، كتاب العمدة في اصول السياسة، مقالة في جواب مسلة سيل عنها في ذبح الحيوان وقتله وهل ذلك سايغ في الطبع وفي العقل كما هو سايغ في الشرع، مقالتان في المدينة الفاضلة، مقالة في العلوم الضارة، رسالة في الممكن مقالتان، مقالة في الجنس والنوع اجاب بها في دمشق سوال السايل في سنة اربع وستماية، الفصول الاربعة المنطقية، تهذيب كلام افلاطن، حكم متنورة، ايساغوجي مبسوط، الواقعات، مقالة في النهاية واللانهاية، كتاب تاريب الغطن في المنطق والطبيعي والالهي، مقالة في كيفية استعمال المنطق وكتب بهذا المقالة الي من بلاد الروم، مقالة في

alius in quo quæſtionibus tribus reſpondit. 107. Tractatus ſextus compendiarius. 108. Tractatus appendicis loco in librum de juſta medicamentorum menſura in compoſitionibus. 109. Tractatus alius de ſyntaxi. 110. Tractatus de reſpiratione, voce, et ſermone. 111. Epitome libri Galeni de ſanitate conſervanda. 112. Selecta e libro Dioſcoridis de plantarum deſcriptione. 113. Tractatus alius de earumdem utilitatibus. 114. Tractatus de re militari; hunc librum compoſuit in uſum cujuſdam principum ſui temporis, anno ſexcenteſimo vigeſimo tertio. Porro hunc librum comperi, ipſius interpretatione adjuncta. 115. Tractatus de regimine πρακτικῷ. 116. Liber cui Columna titulus, ſive de fundamentis regiminis. 117. Tractatus qui quæſtionis ſibi propoſitæ reſponſionem complectitur, ſcil. de ſacrificandis et occidendis animalibus, et num hoc ſit legi naturali et intellectuali æque ac legi ſcriptæ conſentaneum. 118. Tractatus duo de civitate præcellenti, (*ſive de republica.*) 119. Tractatus de ſcientiis pernicioſis. 120. Epiſtola de poſſibili, duabus conſtans tractationibus. 121. Tractatus de genere et ſpecie, in quo, dum Damaſci commoraretur, quæſtionibus quibuſlibet reſpondit, anno ſexcenteſimo quarto. 122. Sectiones quatuor dialecticæ. 123. Concinnatio Platonis operum. 124. Liber *Scientia ſplendida* dictus. 125. Iſagoge generalis. 126. Liber eventuum. 127. De fine et quomodo ad eum pervenitur. 128. Sapientium confirmatio, ſive Tractatus dialecticus, phyſicus, et metaphyſicus. 129. Tractatus de ſcientia dialectica, quem

حد الطب، مقالة في البادي بصناعة الطب، مقالة في اجزاء المنطق التسعة مجلد كبير، مقالة في القياس، كتاب في القياس خمسون كراسا ثم اضيف اليه المدخل والمقولات والعبارة والبرهان فجا مقداره اربعة مجلدات، مقالة في جواب مسلة في التنبيه علي سبيل السعادة، الطبيعيات من السماع الي اخر كتاب الحس والمحسوس ثلاثة مجلدات، كتاب السماع الطبيعي مجلدان، كتاب اخر في الطبيعيات من السماع الي كتاب النفس، كتاب العجيب، حواشي علي كتاب الثمانية المنطقية للفارابي، شرح الاشكال البرهانية من ثمانية ابي نصر، مقالة في ترتيب الشكل الرابع، مقالة في ترتيب ما يعتقده ابو علي ابن سينا من وجود اقتبسة شرطية ينتج نتائج شرطية، مقالة في القياسات المختلطات والصرف، بايرمانياس مبسوط، مقالة في ترتيب المقايس الشرطية التي يظنها ابن سينا، مقالة اخري في المعني ايضا، كتاب النصحتين للاطبا والحكما، كتاب محاكمة بين الحكيم والكيماني، رسالة في معادن وابطال الكيميا، مقالة في الحواس، عهد الي الحكما، اختصار كتاب الحيوان لابن ابي الاشعث، اختصار كتاب

tranſmiſit e regionibus Græcis. 130. Tractatus de medicinæ finibus. 131. Tractatus in uſum tironis in medicina. 132. Tractatus de novem Dialecticæ partibus; volumen magnum. 133. Tractatus de ſyllogiſmo. 134. Liber de ſyllogiſmo, quinquaginta conſtans ſectionibus; huic vero poſtea adjunxit tractatus dictos *Almodkhil, Almocalât, Alabârah, et Alborhan,* donec quatuor volumina tandem compleverit. 135. Quæſtionibus quibuſdam reſponſa. 136. Tractatus naturalis, ab auditu incipiens uſque ad "de ſenſu et ſenſibile," tribus voluminibus conſtans. 137. De auditu naturali, duobus conſtans voluminibus. 138. Tractatus alius naturalis, ab auditu uſque ad reſpirationem. 139. Liber *Alagib* i.e. miranda. 140. Appendix in librum dialecticum, auctore Alfarabi. 141. Explicatio ſchematum demonſtrativorum quæ in Althemani Abi Naſr Alfarabi occurrunt. 142. Commentarium in loca difficiliora libri *Alborhan.* 143. Tractatus de quarta figura logices. 144. Tractatus in quo Avicennæ opinionem ſecutus eſt; ſcil. de ſyllogiſmis hypotheticis a præmiſſis hypotheticis derivandis. 145. Tractatus de Syllogiſmis confuſis, eorumque reductione. 146. Περὶ ἑρμενείας, liber non compendiarius. 147. Tractatus de ſyllogiſmis hypotheticis, ſecundum Avicennam. 148. Tractatus alius generis ejuſdem. 149. Liber monitionum in uſum medicorum et philoſophorum. 150. Liber dijudicationis inter philoſophum (vel medicum) et alchemiſtam. 151. Epiſtola de vera origine et vanitate alchimiæ. 151. Tractatus de ſenſibus. 152. Fœdera ad philoſophos. 153. Epitome libri de animalibus, auctore Ibn Abi'laſhath. 154. Epitome libri de

القولنج لابن ابي الاشعث، مقالة في السرسام، مقالة في العلة المراقية، مقالة في الرد علي ابن الهيثم في المكان، مختصر فيها بعد الطبيعة، مقالة في النخل الفها بمصر سنة تسع وتسعين وخمسماية وبيضها بمدينة ارزنجان في رجب سنة خمس وعشرين وستماية، مقالة في اللغات وكيفية تولدها، مقالة في الشعر، مقالة في الاقيسة الوضعية، مقالة في القدر، مقالة في الملل، الكتاب الجامع الكبير في المنطق والعلم الطبيعي والعلم الالهي وهو زها عشر مجلدات الّام تصنيفه في نحو نيف وعشرين سنة، كتاب المدهش في اخبار الحيوان المتوج بصفات نبينا عليه افضل الصلاة والسلام،


قال ابتدات بكراسة منه بدمشق سنة سبع وستماية وكمل في اربعة اشهر بحلب سنة ثمان وعشرين وستماية وهو في ماية كراس

تم الكتاب والحمد لله رب العالمين،

cholico, auctore Ibn Abi'lashath. 155. Tractatus de phrenesi. 156. Tractatus de morbis manifestis. 157. Refutatio Ali Ibno'lhitham *de possibili.* 158. Compendium Metaphysices. 159. Tractatus de Palmis, quem composuit Ægypti anno quingentesimo nonagesimo nono, et publici juris fecit in civitate Arjinjan mense Rejeb anno sexcentesimo vigesimo quinto. 160. Tractatus de verbis, eorumque origine. 161. Tractatus de poesi. 162. De præmissis categoricis. 163. Tractatus de fato. 164. Tractatus de religionibus diversis. 165. Collectio magna, de dialectica, scientia naturali, et Metaphysicis tractans. Plus viginti constat voluminibus hicce liber, quem ad finem perduxit viginti circiter annorum spatio. 166. Liber *Almodhash* dictus, sive Omnium Creaturarum perfectio; i. e. de Propheta Nostro (Mohammede) cui pax.

Dixit, " Hujusce libri sectionem primam Damasci conscribere sum aggressus, anno sexcentesimo septimo: et postea ad finem perduxi Halebi quatuor mensium spatio, anno sexcentesimo vigesimo octavo, porro centum sectionibus constat hicce liber."

Deo Soli Gloria.



N O T Æ.

P. 3. l. 3. Mowaffekkeddin Abu Mohammed Abdollatiph] De ejus vita hæc habes apud Gelaleddin Abulfadhl Abdalrahaman Aſſoyuti in Hiſtoria Ægypti et Cahiræ; cui operi titulus كتاب حسن المحاضرة في اخبار مصر والقاهرة. Bodl. MS. Marſh. 293.

كان عالما باصول الدين والنحو واللغة والطب والغلسفة والتاريخ في غاية
الذكا شافيا محدثا ولد ببغداد سنة سبع وخمسين وخمسماية وتفقه علي
ابن فضلان وصنف التصانيف الكثيرة في انواع من العلوم فمنها شرح
المقامات والجامع الكبير في المنطق والطبيعي والالهي عشر مجلدات اقام
بمصر مدة ومات ببغداد في ثاني عشر المحرم سنة تسع وعشرين وستماية

" In iis quæ ad Radices religionis pertinent, nec non in Grammatica, Linguarum ſcientia, Medicina, Philoſophia, et Hiſtoria, vir erat celeberrimus. Ingenio peracuto præditus; quoad ſectam Shafeenſis,' Traditionis Sacræ aſſertor. Natus eſt Bagdadi, anno quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, et juris rerumque divinarum ſcientiæ operam dedit, ſub auſpiciis Ali Ibn Fazlan. Multos compoſuit libros de diverſis ſcientiis: inter quos connumerandi ſunt, Commentarius in *Almocamat*, ſive (*Hariri*) *Conſeſſus*, et liber cui titulus, *Collectio Magna*, de Dialectica, Hiſtoria Naturali, et Metaphyſicis tractans,

decem conſtans voluminibus. Bagdadi diem ſupremum obiit, anno ſexcenteſimo vigeſimo nono."

In quibuſdam aliis MSS. Arabicis auctoris Noſtri mentionem invenias; quæ loca tamen ideo non excerpenda duxi, quia operum omnium MSS. quæ mihi adhuc videre et evolvere contigit, hac in parte longe præſtantiſſima eſt Abi Oſaibæ Hiſtoria Medicorum. Vide Bodl. MSS. Hunt. 428. Laud. B. 112. Selden 3169, 36. 3171, 38. Vide etiam D'Herbelot Bibliotheque Orientale in vocem *Ketab*.

P. 3. l. 5. Stirpe Mauſelenſi] الموصل قاعدة ديار الجزيرة وهي علي دجلة في جانبها الغربي وقبالة الموصل من البر الاخر الشرقي مدينة نينوي الخراب وفي جنوبي الموصل يصب الزاب الاصغر الي دجلة عند مدينة اثور الخراب وعن بعض اهلها الموصل في مستو من الارض ولها سوران قد خرب بعضهما ومسورها اكبر من مسور دمشق والعامر في زماننا نحو ثلثها ولها قلعة من جملة الخراب ومدينة نينوي هذه هي البلدة التي ارسل اليها يونس عليه السلام "Mauſil (vel Mauſela) Metropolis eſt regionum Meſopotamiæ. Impoſita eſt Tigri a latere ejus occiduo. Ex adverſo a latere Eoo eſt civitas Nineve ruinis ſepulta. Ad auſtrum Mauſelæ effundit ſeſe Zebus minor in Tigrim, apud urbem Atur (Aſſur) itidem ruina deletam. Ex quibuſdam incolarum ejus intellexi, Moſulam jacere in planitie, atque duos habere muros, quorum pars diruta; atque ambitum mœnium ſuperare circuitum muri Damaſceni: tertiam tamen partem ejus noſtro tempore tantum habitari: ipſamque arcem ejus ruinis eſſe involutam. Ninive hæc eadem illa eſt, ad quam miſſus fuit Jonas Propheta." Index Geog. ad vitam Salahod. auctore Bohaddin. Edente viro Cl. Alb. Schultens.

الموصل المدينة المشهررة العظيمة احدي قواعد بلاد الاسلام قليلة النظير كبرا وعظما كثرة الخلق وسعة رقعة باب العراق ومفتاح خراسان منها يقصد اذربيجان قال وكثيرا ما سمعت ان بلاد الدنيا العظام ثلثة نيسابور لانها باب المشرق ودمشق لانها باب المغرب والموصل لان القاصد الي الجهتين فلما لا يمر بها وسميت الموصل لانها وصلت بين الجزيرة والعراق وقيل ان الملك الذي احدثها كان يسمي الموصل وهي مدينة قديمة الاس علي طرف دجلة ومقابلها من الجانب الشرقي نينوي وفي وسط مدينة الموصل قبر جرجيس النبي وبينها وبين بغداد اربعة وسبعون فرسخا "El Mausil est celebratissima illa, atque ingens civitas, quæ una est Metropolium Islamiticarum regionum; quæque, sive magnificentiam spectes, sive magnitudinem, paucissimas habet æquales, utpote quæ et frequentia incolarum, et amplitudine areæ emineat. Eadem Irakæ porta, clavis Chorasanæ; perque eam Adserbeisjana aditur. Ait Auctor meus, Sæpenumero audivi urbes orbis terrarum illustres tres esse, Nisabourum, quod porta sit Orientis; Damascum, quod porta sit Occidentis: Mosulam, quod qui vel hanc, vel illam in plagam tendat, non possit non eam adire. Mausila est appellata, quod conjungat Mesopotamiam cum Iraka. Alii dicunt regem qui eam condidit Mausili gessisse nomen. Est autem civitas vetustæ fundationis ad latus Tigris, in cujus opposito latere Orientali Nineve est. In media Mosula extat sepulchrum Georgii Prophetæ. Inter Mosulam Bagdadumque 74. Parasangæ intercedunt." Ibid.

P. 3. l. 6. Bagdadi] Perantiquæ hujus et celeberrimæ civitatis jacta sunt fundamenta prima ab Almansor Billah Abu Giafar Abdallah Ibn Mohammed Ibn Ali Ibn Abdallah Ibn Abbas Ibn Abdo'l Motaleb Chalifa, qui sua ipsius manu pri-

mum ſtructuræ dedit initium, injecto lapide, et fuſis auſpicii loco hiſce precibus ſolennibus, بسم الله والحمد لله والارض لله يورثها من يشا من عباده والعاقبة للمتقين " In nomine Dei, et laus Deo, et Deo pertinet terra, eamque jure dat hæreditario poſſidendum cuicunque voluerit e ſervis ſuis; et eventus bonus eſt piis."

Suſceptum eſt hoc opus anno Hejræ centeſimo quadrageſimo quinto.

Quod ad formam civitatis pertinet, rotunda erat, quatuor inſtructa portis, et muris circumdata, ad partem inferiorem quinquaginta cubitos, et ſuperne viginti latis. Vide Yacut Hamat. et Schulten. ubi ſupra.

" Eſt Bagdad urbs magna, quam ædificavit Almantſar ex parte Occidentali Tigridis, diviſitque in portiones loca illi circumjacentia inter amicos, et aſſeclas ſuos. Cumque deinde fuiſſet in ea dominatus Almodi, collocavit exercitum ſuum in latere Orientali, quod inde vocatam eſt Caſtra Almohdi." Geogr. Nub. p. 204.

De hujus civitatis origine digna ſunt quæ exſcribantur verba Abi'lpharagii in Hiſt. Dynaſt. Ita vero ille, وفي سنة خمس واربعين ومائة ابتدا المنصور في بنا عمارة مدينة بغداد وسبب ذلك انه كان قد ابتني الهاشمية بنواحي الكوفة فلما ثارت الراوندية به فيها كره سكانها لذلك ولجوار اهل الكوفة ايضا فانه كان لا يامن اهلها علي نفسه وكانوا قد افسدوا جنده فخرج يرتاد موضعا يسكنه هو وجنده فقال له اهل الحذق [marg. العراق] انا نري يا امير المومنين ان يكون علي الصراة وبين انهار لا يصل اليك عدوك الا علي جسر فاذا قطعته لم يصل اليك وانت متوسط للبصرة والكوفة وواسط والموصل والسواد ودجلة والفراة والصراة خنادق مدينتك وتجيبك الميرة فيها من البر والبحر فازداد المنصور حرصا علي النزول في ذلك الموضع ولما عزم

علي بنا بغداد امر بنقض المداين وايوان كسري فنقضه [ونقل نقضه marg.]
ونقله الي بغداد فنقضت ناحية من القصر الابيض وحمل نقضه فنظر وكان مقدار
ما يلزمهم له اكثر من ثمن الجديد فاعرض عن الهدم وجعل المدينة مدورة
لئلا يكون بعض الناس اقرب الي السلطان من بعض وعمل لها سورين الداخل
اعلا من الخارج وبني قصره في وسطها والمسجد الجامع بجانب القصر
وقبلته غير مستقيمة يحتاج المصلي ينحرف الي باب البصرة وكانت
الاسواق في مدينته فجاه رسول الملك الروم فامر الربيع فطاف به في
المدينة فقال كيف رايت فقال رايت بنا حسنا الا اني رايت اعداك معك
وهم السوقة فلما عاد الرسول منه امر باخراجهم الي ناحية الكرخ وامر
ان يجعل في كل ربع من المدينة بقال يبيع البقل والخل حسب ״
Quæ ita vertit Celeb. Pocock. "Anno centeſimo quadrageſimo quinto urbem Bagdad extruere cœpit AlManſur; cujus cauſa fuit quod AlHaſhemiam, quam in Cufæ ditione extruxerat, poſtquam ſeditionem in ea contra ipſum moverant Rawandii, colere ipſi eam ob rem haud gratum fuit, nec non quod vicinos haberet Cufenſes, quos ſibi parum fidos credidit, quique exercitum ejus corruperant. Profectus eſt igitur quæſitum locum, ubi cum exercitu ſuo ſedem figeret. Dixerunt ergo ipſi Erakenſes, Commodum nobis videtur, O Fidelium Imperator, ut ſit juxta Sorat, atque inter fluvios, quo ad te non accedat hoſtis niſi ponte (trajecto,) quem ſi abſcideris te adire non poterit; ipſeque in medio ſis inter AlBaſoram, AlCufam, Waſetum, AlMauſelum, et AlSawadam, ſintque Tigris, Euphrates, et AlSorat urbis tuæ foſſæ, per quas ad victum neceſſaria tam e terra quam mari ad te perferantur: hujus ergo loci incolendi deſiderio flagravit AlManſur. Cumque Bagdadum condere ſtatueret, dirui juſſit AlMadayenum et Coſræ Baſilicam, eamque materiam Bagdadum transferri. Cum ergo diruta eſſet Arcis albæ pars, ejuſque materia allata,

vidit quod in illam impenſum eſſet novæ pretium ſuperare, a diruendo igitur deſtitit. Civitatem autem rotundam fecit, ne propius hominum alii aliis a rege abeſſent: biniſque ipſam muris cinxit, quorum interior altior fuit: et arcem ſuam in medio extruxit, ejuſque ad latus templum magnum, cujus Kebla obliqua fuit, adeo ut opus haberet qui oraret ſe verſus portam Baſoræ inflectere: fueruntque rerum venalium fora intra urbem. At cum miſſus ad ipſum ab Imperatore Romano legatus, quem Rabium circum urbem ducere juſſit, ab ipſo interrogatus, Quid vidiſti? reſpondiſſet, Structuram elegantem vidi, niſi quod inimicos tuos tecum habitare viderim, illi ſcil. qui in foro verſantur: poſt legati diſceſſum, ipſos ad partem AlCorch (dictam) expelli juſſit, et ſingulis ſolum urbis quartis, collocari olitorem, qui olera et acetum venderet." Hiſtor. Dynaſt. p. 141. Porro quod ad vocis *Bagdad* ſignificationem genuinam pertinet, valde ſunt doctiſſimorum hominum inter ſe diſcrepantes ſententiæ. Vide D'Herbel. Bibl. Orient.

P. 3. l. 9. Theologia Scholaſtica] Qui plura vult videre de Juriſprudentia, Theologia Scholaſtica, et Traditione Sacra quæ apud Arabes obtinent, adeat Cl. Pocockii Opus vere aureum, cui titulus, Specim. Hiſt. Arab. p. 199 et ſeqq. Ed. Nov.

P. 5. l. 12. Damaſcum] دمشق البلدة المشهورة قصبة الشام وهي جنة الشام لحسن عمارتها ونفعها وكثرة اشجارها وفواكهها ومياهها المتدفقة في مساكنها واسواقها وجامعها ومدارسها قيل سميت بذلك لانهم دمشقوا في بنايها اي اسرعوا وقيل هو اسم واضعها وهو دمشق

بن كنعان وقيل غير ذلك وهي مشهورة" "Damafcus percelebrata illa civitas, Syriæ eft Metropolis fimul, fimul Paradifus, ob pulchritudinem opportunitatemque ædificationis, atque abundantiam arborum, fructuum, aquarum fefe diffundentium per domos, per fora, per templa, per gymnafia ejus. Nomen hoc indepta dicitur, quod in ea exædificanda celeritas adhibita. (Celerare fcil. Arab. eft *Damfchak*, et *Dimefck* fonat *expeditum*.) Alii volunt a conditore ejus Damafco, filio Canaanis, appellationem ductam. Alii alia adhuc produnt. Eft autem civitas nemini non cognita." Vide Schulten. ubi fupra.

P. 5. l. 22. Præcipue vero in doctos Perfas] Vox العجم quam hoc in loco per *Perfas* verti, proprie fignificat *Barbaros*. Vide Gol. Lexic. Arab. et Pocock. Not. in Carmen Tograi.

P. 5. l. 24. Doctorem fummum Avicennam] "C'eft le nom d'un grand Philofophe et Medecin que les Mufulmans appellent ordinairement, Ebn Sina, les Juifs Arabifans, Aben Sina, et nous autres, Avicenne. Il nâquit dans la ville de Bokhara en la province Tranfoxane, l'an de l'Hégire 370, et mourut dans la ville de Hamadan, l'an 428, à l'âge de cinquante-huit ans.——Avicenne a écrit luy-même fa vie; mais le Docteur Giozgiani nous l'a donnée beaucoup plus ample. Il dit, qu' Ebn Sina fut fait premier Medecin, et enfuite Vizir de Mag'daldoulat, Sultan de la Race de Bouides; mais, qu'il fut dépoffédé de la même charge, parce qu'il étoit fort adonné au vin et aux femmes. Il fut fur la fin de fes jours fort maltraité de la fortune, et obligé de changer fouvent de lieu et de demeure, pour fe mettre en fureté. Il fut

auſſi travaillé de pluſieurs maladies, et particuliérement de la colique, enſorte qu'un Poëte, qui fit ſon épitaphe, a dit, que ſes Livres de Sageſſe, ou de Philoſophie, ne luy avoient pas enſeigné les bonnes mœurs, ni ſes Livres de Medecine, l'art de conſerver ſa ſanté.

ما نفع الرييس من حكمه الطب ولا حكمه علي النيرات
ما شفاه الشفا من الم الموت ولا نجاه كتاب النجات

Le grand ouvrage d'Avicenne eſt le livre qui porte le nom de Canoun, ſur lequel preſque tous les Medecins qui l'ont ſuivi, ont travaillé." D'Herbel. Bibl. Orient. et Abulph. Hiſt. Dynaſt.

P. 7. l. 9. Alfaſih] " *Faſſih,* Livre qui enſeigne l'élégance de la langue Arabique, compoſé par Aboul Abbas Ahmed Ben Jahia AlScheibani." D'Herbel. Bibl. Orient.—Hunc vero librum eſſe, de quo hic agitur, pro certo affirmare non auſim; eſt enim *Alfaſih* titulus apud Arabes valde communis; quod item de titulo *Allamih* dici poteſt.

P. 7. l. 10. Almocamat] Opus celeberrimum apud Arabes, quod compoſuit Hariri, et in quinquaginta *conſeſſus,* ſive *Orationes,* digeſſit. Natus eſt Baſſoræ anno Hegræ 446, et obiit anno 517, vel 515. D'Herbel. Bibl. Orient. et Pocock. Spec. Hiſt. Arab. p. 373. Edit. Nov.

P. 7. l. 10. Divan] De vocis *Divan* ſignificatione in hoc loco, vide D'Herbel. Bibl. Orient. p. 298.

P. 7. l. 10. Motanabbi] De poeta hoc omnium inter Arabes

longe celeberrimo hæc habes apud Pocock. Spec. Hiſt. Arab. ſupra citat. ابو الطيب احمد بن الحسين الجعفي الكندي المعروف بالمتنبي "*Abu'l Taieb Ahmed Ebno'l Hoſain AlJofi AlCendi*, notus nomine *AlMotanabbi*, hinc illi impoſito quod ادعي النبوة poeticum aliquando furorem pro *prophetico* venditaverit. Natus eſt in vico quodam *Cufæ* كندة *Cendah* appellato, unde et ipſe *AlCendi* ſeu *Cendenſis*, non autem in *Cendah* quod tribus nomen, (monente Ebn Chalican,) cum tribu *AlJofi*, ſeu *Jofienſis* fuerit."—Vide etiam Ebn Chal. MS. Laud. A. 104. Bibl. Bodl.—Interfectus eſt Motanabbi una cum filio ſuo ab Arabibus Aſſaditis dum iter a Perſia ad Cufam tenderet, anno Hegræ 354. Vide D'Herbel. Bibl. Orient.

P. 7. l. 14. Camaloddin Abdorrahman Alanbarienſem] Anbar nomen eſt civitatis ad Euphratem ſitæ, unde plures auctores ortum ſimul atque appellationem duxerunt. Is vero de quo hic agitur mortuus eſt (ni fallor) anno Hegræ 577. Vide Ebn Chal. MS. Bodl. Marſh. 428.

P. 9. l. 24. Ibn Borhan] ابو الفتح احمد بن محمد الوكيل المعروف بابن برهان الفقيه الشافعي كان متبحرا في الاصول والفروع &c. *Abu'lfatah Ahmed Mohammed Alwacil* cognominatus *Ibn Borhan*, Doctor fuit Shafienſis, eorum quæ ad fundamenta religionis, nec non ad ſectas varias ſcientia penitus erat imbutus &c.—Mortuus eſt Bagdadi anno Hegræ 520. Ibn Chalecan. Bodl. MS. Laud. A. 104.

P. 9. l. 28. Adeb Alcateb auctore Ibn Cotaiba] De ſignificatione vocis *Adeb* vel *Adab*, nec non de auctore *Ibn Cotaiba*,

vel *Ebn Catibah,* ea habet D'Herbelot, quæ hoc loco tranſcribere haud gravabit.

"ADAB. Comme ce mot ſignifie pluſieurs choſes différentes en Arabe, il y a auſſi des livres traitans de différentes matieres qui en porte le nom. L'auteur du *Coſthas al-aroudh* dit, que lorſqu'il ſignifie les belles lettres, ou la Philologie, il comprend douze parties principales; la premiere eſt la connoiſſance des mots d'une langue, leur inflexion, dérivation, étimologie, ſignification, et figures, de plus la verſification, la rime, les diviſions, l'écriture, l'art épiſtolaire, et les repréſentations qui contiennent les dialogues et narrations hiſtoriques: mais parce qu'il ſignifie auſſi les mœurs et les coutumes, on le prend ſouvent dans les titres des livres, pour un traité de morale, ou pour un livre qui contient les devoirs de certaines gens en particulier ——."

"DEINOURI. *Abdallah Ben Mâälem Ben Catibah,* a pris le ſurnom de *Deinouri,* quoy qu'il ne fût pas natif de Deinour; car il étoit né à Bagdet: mais il paſſa la plus grande partie de ſa vie dans cette ville, où il enſeigna les traditions Mahometanes, comme il avoit fait dans Bagdet même.

On trouve ſouvent cet Auteur qualifié *Cateb l'Ecrivain.* Il nous a laiſſé pluſieurs ouvrages: mais le plus fameux de tout eſt l'explication des difficultez et la réſolution des doutes que l'on peut former ſur l'Alcoran. Ce livre eſt intitulé *Garib Alcoran u Moſchkolha.*

On a de lui encore le livre intitulé *Adab al Cateb,* qui eſt une inſtruction pour les Ecrivains, et Secrétaires. Ce docteur mourut de peſte à Bagdet l'an 270 de l'Héjire." Bibliot. Orient.

P. 11. l. 3. Alizah] Hujufce libri, auctore Abi Ali Alfarfi, qui Motanabbi Poetæ coæqualis fuit, mentionem facit Ibn Chalechan. Vide Bodl. MS. Laud. A. 104.

P. 11. l. 23. Sibwiæ] Grammatici apud Arabes celeberrimi, qui mortuus eft anno Hegiræ 180. Vide D'Herbel. Bibl. Orient.

P. 11. l. 23. Sirafi] Grammaticus etiam celeberrimus, qui plures compofuit libros, inter quos imprimis connumerandus eft Commentarius ejus in Sibwiæ librum Grammaticum. Alfirafi cognominatus eft ab urbe Alfiraf, unde ortum duxit; Bagdadi mortuus eft anno Hegiræ 368. Videfis Ibn Chal. Bodl. MS. Laud. A. 104.

P. 13. l. 4. librum Mohani Alzojaj dictum] i. e. librum de Syntaxi, auctore Alzojaj.

P. 13. l. 16. In Sophorum habitu] Vide D'Herbel. Bibl. Orient. in vocem *Sofi*.

P. 15. l. 9. Algazali] ابو حامد محمد بن محمد الغزالي الملقب حجة الاسلام زين الدين الطوسي *Abu Hamed Ebn Mohammed Al-Ghazzali, cognominatus Hojjoto'l Eflam Zaino'ddin AlTufi,* five *Tufenfis.* Natus eft anno *Hegiræ* 450, vel (ut alii) 451, mortuus 505. Pocock. Spec. Hift. Arab. p. 356.

P. 17. l. 13. Alfahrourdi] Vide D'Herbel. Bibl. Orient. p. 783.—et Abi Ofaibam. MS. Pocock. 356. Hunt. 171.

P. 23. l. 2. Sulfi charactere] Character ثلث dictus, literis majufculis exaratus eft, et librorum titulis defignandis accommodatus. Hujus fpecimen invenias apud Gladwin's Perfian Moonfhee, p. 106.

P. 33. l. 16. Delubro Alazhar] Hoc defcribit Almacrizi. Vide MS. Bodl. Pocock. 394.

P. 35. l. 25. Halebum] Vide Schult. Indicem Geogr.

P. 35. l. 27. Arzinjani] Vide ubi fupra.

P. 37. l. 7. Arzerroum] Vide ubi fupra.

P. 37. l. 17. Benefiam] Vide ubi fupra.

P. 53. l. 11. Orationes Nobaticas] الخطب النباتية, five, Commentarius in fermones Ebn Nobatæ. Erat autem Ebn Nobata "Homiliaftarum (uti fcribit Pocockius Nofter) feu concionatorum apud Mohammediftas facile princeps. Natus eft anno Hejræ 335, mortuus 374." Vide Pocock. Spec. Hift. Arab. Edit. Nov. p. 354.

P. 53. l. 25. "Tu es &c.] Quid fit hujufce loci fententia, et num fcribentis incuria errorem aliquem effuderit, judicet literarum Orientalium ftudiofus.

FINIS.

ERRATA ET CORRIGENDA.

Pag. 7. lin. 5. pro *Chorasini* lege *Chorasani.*
—— 13. —— 5. pro *dictus* lege *dictam.*
—— 13. —— 9. pro *Mowakkessiddin* lege *Mowaffekkeddin*, et sic passim.
—— 13. —— 26. pro *Babshid* lege *Babshad.*
—— 21. —— 14. pro *Perspecctum* lege *Perspectum.*
—— 25. —— 2. pro *viginti* lege *decem.*
—— 57. —— 10. pro *comprehendo* lege *comprehendendo.*
—— 74. —— 20. et p. 75. pro *Hegræ* lege *Hegiræ.*